Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Theodor Carpow

Programma, Qvo Memoriam, Prænobilissimæ, Omniqve Virtvtvm ... Matronæ, Dominæ Catharinæ Elisabethæ Michelsen, Viri ... Domini Johannis Henrici Beckeri, Phil. Ac. SS. Theol. D. ... Eidemqve Ad Evndvm Exeqvias, A Lvgente Nvnc Marito D. IV. Maji Ao. MDCCXLIV. Solemni Ac Christiano Ritv Parandas Cives Academicos ... Convocat ... Pauca Quædam Præfatus

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1744]

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0001
DFG

Circa 80 Rostocker Bürgerl. Trauungen,
meist Todesfälle in derzeitigen bürgerl. Familien betr.

(Hierin auch die nobilitirten Familien:
Bettelbladt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
u. A.)

81 Stücke

Mklb Gen
2/3 II -40

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0002
DFG

MECKLENB. LANDESBIBLIOTHEK
SCHWERIN

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0003

DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0004

DFG

Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L – Z.

1. Quistorp, anna Christina, geb. Lenthe. 1753
2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. —, Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Meusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelssen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
12/13. Taddel, Ilsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelbladt, Heinrich [Vater] 1735.
16/17. — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. —, Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
24/25. Engelken, Maria, geb. Paulsen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Prehn, Wilhelm. 1751.
28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
31/32. —, Johann Jakob. 1767.
33. —, Lorenz Gottfried. 1743.
34 —, Johannes Christian. 1722.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0005
DFG

35. Rassow, Julius Friedrich. 1740

36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.

37. Richter, David. 1753.

38. Danckwarth, Cathanna Emerentia geb. Schaeffer. 1737.

39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721

41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.

42/43. Schmidt, Jonas. 1745.

44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.

46. Schuckmann, Heinrich. 1706.

47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.

48. Schmidt, Isabe Margaretha, gel. Schwabe. 1743.

49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.

50. Senst, Agneta Sophie, 1729.

51. — , Hermann Peter. 1728.

52/53. Sibeth, Karl. 1734.

54. Sivers, Jakob. 1729.

55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.

56. Spalding, Johann David. 1757.

57. —— , Thomas. 1743.

58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.

59. Stein, Walthier. 1739.

60. Stever, Johann Kaspar. 1729.

61. —— , Johann Valentin. 1755.

62. —— , Theodor Matthaus. 1735.

63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.

64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.

65. Stolte, Christian Rudolf. 1680 - 1731.

66. — , — — 1711 - 1736.
— , Heinrich Christian. 1715 - 1736.

67. —— , Peter. 1733.

68. Töppel, Margareta Catharina, verh. Oldenburg. 1774.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0006
DFG

69. Verpoorten, Theodor. 1728.

70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Weidenkopf. 1726.

71. Weidner, Johann Joachim. 1732.

72. Weiß, Gottfried. 1697.

73. Wetken, Johann Georg. 1716.

74. Wilde, Joachim. 1737.

75. Weidepner, Johann Joachim. 1732.

76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.

77. Willebrand, Martin Albert. 1746.

78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.

79. Wolfrath, Dietrich Samuel. 1753.

80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.

81. Zeidler, Johannes. 1727.

82. Zinck, Johannes. 1732.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0007
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0008

DFG

10.

PROGRAMMA,
QVO
MEMORIAM,
PRÆNOBILISSIMÆ, OMNIQVE VIRTVTVM
SPLENDORE CIRCVMFVLGENTIS MATRONÆ,
DOMINÆ
CATHARINÆ
ELISABETHÆ
Wichelsen,
VIRI S. REVER. EXCELL. DOCTISSIMIQVE,
DOMINI
JOHANNIS HENRICI
BECKERI,
PHIL. AC SS. THEOL. D., HVJVSQVE PROFESS. P. O. CELEBRATISSIMI, AD ÆDEM D. NICOLAI V. D. PRÆCONIS RELLIGIOSISSIMI,
MERITISSIMI, CONJVGIS SVAVISSIMÆ
POSTERITATI COMMENDAT,
EIDEMQVE
AD EVNDVM EXEQVIAS,
A LVGENTE NVNC MARITO
D. IV. MAJI. AO. MDCCXLIV.
SOLEMNI AC CHRISTIANO RITV PARANDAS
CIVES ACADEMICOS O. O. HONORATISSIMOS, CONVOCAT,
DE
CORPORIS RESVRRECTIONE GLORIOSA CVM TRITICO GERMINANTE
ELEGANTER COMPARATA
PAUCA QUÆDAM PRÆFATUS,
PAVLVS THEODORVS CARPOVIVS,
LL. OO. & CC. PROF. DVC. P. O.
ACADEMIÆ HODIE RECTOR.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS JACOBI ADLERI, SERENISSIMI PRINCIPIS & ACADEMIÆ
Typographi.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0009
DFG



CUI CONTINGIT NASCI, MORI
RESTATI!

* † * * † * * † *

requens aeque ac elegans, Lectores O. O. H. eſt in Sacris *hominis* cum *plantis*, regni animalis cum vetegabili, *comparatio*. Inſtituitur ea nunc cum iisdem in genere, nunc cum hac vel illa ſpeciatim conſideratis; porro vel cum planta integra, vel cum hac aut illa ejus parte. Varii inde generis *emblemata*, varium & diverſum hominis ſtatum adumbrantia. Sic *vitam* quædam, aliæ *mortem*, aliæ deniqve *reſurrectionem* pulcerrime pingunt. Itaque *gramen* nitide quidem virens, mox vero & citiſſime marceſcens, *flores* item, *fragilitatis* humanæ lectiſſima ſunt *imago* (*). Utitur ea ipſe ESAIAS, Propheta, ſi qvis alius, eloqventiæ laude clarus, *Cap.* XL. 6. קול אומר וגו Es ſpricht eine Stimme: Predige! Und er ſprach: Was ſoll ich predigen? Alles Fleiſch iſt Heu, und alle ſeine Güte iſt wie eine Blume auf dem Felde. Das Heu verwelcket

(*) Non pugnant hæc cum iis, quæ adſerui im Heſſ. Heb-Opf. Ao. 1742. P. XXIX. p. 815. Alia id occaſione dabimus demonſtratum.

ckt, die Blume verdorret, denn des HErren Geist (der Wind) bläset drein. Ja! das Volck ist Heu! Et Ps. CIII. v. 15. f. Ein Mensch ist in seinem Leben wie Graß, er blühet, wie eine Blume auf dem Felde. Wenn der Wind darüber gehet, so ist sie nimmer da, und ihre Städte kennet man nicht mehr. Imo olim jam grandiloqvus ille IOBUS, C. XIV. 2. (Der Mensch) von einem Weibe gebohren gehet auf, wie eine Blume, und fället ab. Ubi Celeberr. JOH. JAC. SCHEUCHZERUS notat (**): Die Vergleichung des Menschlichen Lebens mit der Blume, welche aufgehet und abgehauen wird, und mit dem Schatten, der nicht bestehet, ist von sonderlichem Nachdruck. Die Blume ist ein überaus zartes Gewebe von den subtilisten Röhrlein, und verliehret gar bald, nachdem sie abgeschnitten worden, ja selbst an dem Stock, ihre Schönheit, und verwelcket. Also der Menschliche Leib, ein aus lauter kleinen Röhrlein zusammengesetzter so zarter Kunst-Cörper, daß einer, dem die innere Gestaltsame bekannt, sich eher muß verwundern, daß auf der gantzen Erde ein einiger Mensch eine Stunde lang gesund seyn kan, als aber daß er denen Kranckheiten unterworffen. Wie schön die Farb des Menschen immer seyn mag, kan sie augenblicklich vergehen; eine einige Ohnmacht machet aus dem lebhaftesten schönsten Menschen ein Todtenbild, & quæ ibi reliqua habet.

Sed *resurrectionis* non minus laetum typum *plantæ* nobis præbent. Non hic valde urgemus ingeniosissimam illam, si qvid solidi habet, ex cineribus resuscitandi plantam, artem. (die Kayserliche Kunst) Multis enim ea hactenus contradictionibus obnoxia manet, nec nisi a pauciſſimis pro vera agnosci solet, adeo ut Philosophus qvidam, post diligens ejus rei scrutinium institutum dicere tandem non vereatur:

Dico ego, tu dicis, sed denique dixit & ille,
Dictaqve post toties, nil nisi dicta vides!

Satius est, memorare annuam illam, neqve ullius sensus fugientem metamorphosin, qva hyeme ingruente, exsuccæ fere omnique motus & vitalitatis signo destitutæ adparentes plantæ, mox vere adproprinqvante, loetissimæ iterum vigent. Qvam respiciens HORATIUS dixit:

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,
arboribusqve comæ;
Mutat terra vices - - -

Ita tamen ad statum eam humanum adplicans, ut ad negandam resurrectionem in genere abusus ea esse videri multis possit, qvando addit:

Nos ubi decidimus
Qvo pius Aeneus, qvo Tullus dives & Ancus,
Pulvis & umbra sumus - - -

Excusari tamen possunt, æqve ac ea, qvæ his simillima IOBUS habet C. XIV. 7. f. Ein Baum hat Hofnung, wenn er schon abgehauen ist ... Wo ist aber ein Mensch, wenn er todt und umbkommen und dahin ist? Dulcia sunt, qvæ ea de re Doctiss. TRILLERUS canit:

(**) in Hiobs Natur-Wissenschafft ad h. l. p. 103. f.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0011
DFG

Kan nun ein Mensch so ruchloß seyn
Die Aufferstehung zu verneinen.
Fält ihm denn nicht der Todt der Pflantzen ein
Und wie sie denn in kurtzem drauf
In neuer Pracht und Flor erscheinen?
Weckt nun GOtt Bäum und Blumen auf,
Die doch, wie hoch sie auch zu schätzen,
Mit uns nicht in Vergleich zu setzen:
Wie solt er denn sein Ebenbild,
Das er mit eigner Hand gemacht,
Mit seinem eignen Geist erfült,
Und umb des Willen er die Welt herfürgebracht,
Den Menschen, sag ich, nicht erwecken? (***)

Atqve ita plantæ in genere, optimis meditationibus gratissimam suppeditare possunt ansam. Idem de variis qvoqve earundem partibus valet. Et plura sane sunt, qvæ de singulis hisce utiliter differenda restant, qvam qvæ pagina præsens capiat.

Itaqve de illa saltem adhuc comparatione, qva utitur ipse Salvator, Ioh. XII. 24. et Apostolus 1. Cor. XV. 36. s. qvædam hic notare placet.

Non inusitata temporibus Christi atqve Apostoli fuisse videtur *hominis morientis resurgentisqve* cum *tritici grano* comparatio, qva usi sunt etiam alii judæorum Doctores. Supereſt ejus rei specimen in Talmude (*), Qværit ibi קלפטרא *Cleopatra* regina ex Rabbino *Meir:* כשהם עומדין ערומים או בלבושיהן עומדין *Quando mortui sunt resurrecturi, nudine, an vero vestibus suis induti resurgent?* Is vero respondet: קו מחטה ומה חטה שנקברה ערומה יוצאה הרבה מלבושין צדיקים שנקברין בלבושיהן docetque eam adeo argumentari a minori ad majus, a tritici granulo ad hominem. *Triticum*, inquit, *quod terræ mandatur nudum, cum tot prodit vestimentis, quanto itaque magis justi, qvi vestiti sepeliuntur?*

Usitata quoque est Judæis metaphora, qva *corpus* animæ & spiritus *vestimentum* adpellatur. En vobis exemplum ex monumentis R. SIMEONIS JOCHÆI (a multis pro Sene illo, qvi Christum infantem ulnis blande excepisse legitur, reputati.) (**)

- - - - בשעה דנחתין לתתא מתלבשין בלבושא דהאי עלמא ואי לא מתלבשין בלבושא דהאי עלמא לא יכלין למיקם ולא סביל להון עלמא וכו

Si qvando inferiora hæcce angeli *petunt*, induunt vestimentum *hujus mundi. Qvod nisi facerent, neque ipsi hic subsistere, neque mundus eos ferre posset.*

Flu-

(***) Conferri merentur H. Hoffraht Benemans Gedancken über das Reich der Blumen, Cap. XI.

(*) Tit. de *Synedriis* f 90. Cf. *Cethubhoth* f. 111.

(**) Extat in *medrasch hannelam*. Locum inde excerptum inveni in R. MOSE ISARLES מחיר יין . f. *Comment.* in *Esther* f. 2. 1. Idem in Præfat. libri ברה ישראל ובית הבחירה stylo Iudæorum germanico redditus ita fluit: - Wenn aber ein malach (Engel) soll herunter niedern auf den olam (die Welt) wie wir in unsre Torah (Gesetz) finden, als malachim sein gewesen auf den olam, müssen sie sich verkleiden, gleich die Welt ꝛc.

Fluctuant hinc ipſi Judæorum Magiſtri, dubii, num de veſtibus proprie dictis, an vero de corpore, tanquam animæ veſtimento, interpretanda veniant illa Talmudis verba.

Prius inter alios placet Celebri illi *Menaſſe ben Iſrael*, qvi cum ſequentem protuliſſet verborum illorum paraphraſin: *Qvaſi diceret, ſi triticum terra ſepultum aut opertum, ac non niſi ſeminatum in terra, ut corrumpatur, non opus habet, ut tot tegumentis indutum exterra prodeat, & nihi lominus tamen ad majorem ſui conſervationem cum ariſta & ſpica prodit: qvanto magis conveniens eſt, ut pii ac probi honeſtatis ergo induti ac veſtiti reſurgant?* ſubjicit: qvod autem antiqvi voluerunt indicare, nihil aliud eſt, qvam *mortuos cum iisdem veſtibus reſurrecturos eſſe, qvibus cum Junt ſepulti.* Probare idem porro nititur variis argumentis, uti loco qvodam Talmudis Hieroſolimitani, & inſtituto veterum, qvi in veſtibus ſuis ſepulcralibus eligendis valde fuerint curioſi. Ita R. *Ieremias* juſſit (***): אלבשוני וכו *Veſtite me amictu puro ac candido, & induite me caligis, & date mihi in manus baculum, & calceis includite pedes meos, ut qvando Deus me vocat, promtus ac paratus ſim.* Qvibus juxta *Manaſſen* nihil aliud indicare voluit, quam Fidem ſuam de reſurrectione mortuorum, & quod NB. cum iisdem veſtibus reſurrecturus eſſet. Samuelis quoque poſt mortem cum pallio ſuo adparentis, l. Sam. XXVIII. 14. exemplum profertur, & quæ ſunt reliqua ibidem (*) legenda.

JOSEPHUS contra *Gallus* (**), qui ſatis prolixus eſt in enodanda hacce quæſtione, ſupponere mavult, tanquam indubium aliqvid, eundem, qui reſtituit corpus putrefactum, miraculoſo itidem modo veſtes ſepultorum iis redditurum, ea de re itaque qvæſtionem non fuiſſe inſtitutam. (***) Satius itaque ducit, per *veſtem* hic intelligere *corpus*, exiſtimans Cleopatram, de reſurrectione ipſa ex ratione & revelatione ſatis certam, de ſola corporis priſtini, putredine dudum conſumti, reſtitutione quærere, dubiam quippe, an idem numero corpus ſit reſurrecturum, an vero aliud novum eidem ſubſtituendum? Huic itaque dubitationi occurriſſe cenſet Rabbinum MEIR reſponſione ſua, qvam ita interpretatur: זה אינו מן התימא וכו *Nihil miri! ſimile etenim qvid jam in tritico conſpicitur, ex cujus grano unico tot prodeunt alia, tot cum veſtimentis, per quæ g uma ſive folliculus*, quo dum virent, ariſtæque adhærent, circumdantur, *intelligendus &c.*

Aliam interim qvoqve addit conjecturam, ex controverſia illa celebri inter RAMBAM (*Majemonidem*) & RAMBAN (*Nachmanidem*) eorundemqve adſeclas agitata, concipiendam. Adſerit prior, reſurgentes ſenſi-

(***) in *Bereshith rabba*, libro antiqviſſimo, *Par.* 100.

(*) L. II. de *Reſurrect. mort. C. VI.*

(**) in יד יוסף fol. 404. c. 1. edit. *Amſtel.*

(***) R. IUDA ZABARA ſtatuit, non neceſſario reqviri veſtes, qvibus aliqvis fuerit ſepultus, ſed Deum facturum veſtes, prout unicuiqve convenerit. Qvod caute ab ipſo eſſe obſervatum, ut ita multis occurrat objectionibus, judicat magnus ille EDVARDUS POCOCKIUS in *Not. miſcell.* ad *Portam Moſis*, p. 134. edit. *Oxon.* Adeo hæcce de veſtium ſepulcralium in integrum reſtitutione jam olim invaluerat opinio, ut & maximo ſaepe rei familiaris detrimento, aliisqve incommodis fuerit ſtipata, qvibus *Ordinatione* tandem qvadam obviam ivit RABBAN GAMALIEL, obſervante id eodem l. c. p. 132.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0013
DFG

bus, uti olim usuros, iterumqve tandem morituros; Alter contra, & multo utiqve rectius, corpus eorum clarefactum, ut *Eliæ*, solis atqve lunæ, adeo ut neque edere, neque bibere, neque mori denuo illis conveniat. Itaque ea de re *Reginam* quæsivisse, & Rabbinum *Meir* dicere voluisse: *Si triticum, quod terræ mandatur folliculo suo nudatum, per illam sepulturam tot nova sibi acqvirit vestimenta, scilicet folliculos; qvanto magis justi, qvi vestimento suo, scil. corpore, præditi sepeliuntur, vestiti iterum corpore, sed clarificato ac immortali, e terra prodibunt? Qvod nisi esset, si corpus non essent melioris conditionis nacturi, qvid novi per resurrectionem sibi acqvirerent?*

Sed disputent interea irregeniti Hebræi. Ad *Paulum*, judæum Conversum, ad magni *Gamalielis* pedes olim sedentem, propius nunc accedimus. Placet adponere ejus verba, prouti ex recepta versione fluunt: Möchte aber jemand sagen: wie werden die Todten auferstehen? und mit welcherley Leibern werden sie kommen? Du Narr! das, was du säest, wird nicht lebendig, es sterbe denn. Und daß du säest, ist ja nicht der Leib, der werden soll, sondern ein bloß Korn, nemlich Weitzen, oder der andern eines &c. Tribuere hic videmus Apostolum in hacce allegoria tritici grano *corpus*, indeque porro ad corpus humanum argumentari. Non sine ratione Vir acutissimus termino illo usus mihi videtur, cum R. *Meir*, & alii forsitan, *vestimenti*, fecerint mentionem.

Scilicet, aut vehementer ego fallor, aut *Cotyledonem*, non glumam, per *corpus* intelligit. Uti vero (ut hæc in gratiam Botanices minus peritorum addam) *gluma* est folliculus grani in frumentis; ita *Cotyledon* pars est (seminis) (utor verbis RAII (*)) in qua novellæ plantæ succus præparatur, non secus ac in animalibus placenta uterina, aut cotyledones fœtui alimentum subministrant (**) Gemina hæc cotyledon in multis deprehenditur plantis, in quibusdam tamen unica est & indivisa, unde distinctio in plantas *dicotyledones* & *Monocotyledones*. *Hujus* speciatim generis solent esse herbæ gramineis foliis præditæ, qualis est frumentum, adeoque triticum qvoqve ipsum; illius vero reliqvæ fere omnes. Porro cotyledones succrescente plantula vel supra terram prodeunt, constituentes tunc prima & succedentibus ordinarie dissimilia *folia*, *seminalia* dicta, Saamen-Blätter, Hertz-Blätter, uti videre est v. g. in *Lupino*, *Phaseolo*, *cumino*, *anetho*, aliis; vel terra reconditæ manent, & qvamprimum, (radice firmiori & ad succum nutritium in debita copia recipiendum apta jam existente) officio suo sunt functæ, emoriuntur, putredineque absumuntur. Exemplum præbent *Lentes*, *pisa*, *fabæ*, *triticum*, & sic porro.

Adplicat hæcce ad metaphoram, qvam illustrare adgressi sumus, Vir Clariss. IOH. IUL. HECKER, (***) verbis: Bey den meisten Pflantzen mercket man an, daß zwey Blätter, welche aus der Erden ersten hervorkommen, denen übrigen gantz unähnlich sind. Es werden dieselben Saamenblätter genennet, weil sie aus dem involucro des eigentlichen Saamens gezeuget werden. Man observiret, daß sie nach und nach verwel-

cken

(*) In *Methodo plantarum* p. 192. coll. p. 16. edit. *Londin.*

(**) Der Cotyledon des Kornes ist das meelichte Wesen, welches das Keinlein umbgiebet, beschützet und ernähret.

(***) Einleitung in die *Botanic*, p. 42.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0014
DFG

cken und abfallen: wenn man sie aber vor der Zeit abreisset, wird die Pflantze in ihrem Wachstum verhindert, und kan nicht fortkommen. Sie werden, wenn man das Getreyde oder Korn ausnimmt, in den übrigen Gewächsen meistentheils anzutreffen seyn. Unser Heiland nimmt also Joh. XIII. 24. aus so vielen andern Samen nicht ohne Uhrsache das Weitzenkörnlein, und saget davon, daß es ersterben müsse in der Erde, ehe daraus etwas hervor komme; weil nehmlich der meiste Theil davon verfaulet, und in der Erde zurückbleibet; da hergegen von andern Saamkörnern die erste Saamenblätter das meiste von der in die Erde eingestreuten substantz in sich fassen.

Dedissemus itaqve magnam jam rationem, ob qvam *frumentum* huic schemati, qvam plurima alia semina, melius conveniat, explicatam. *Triticum* vero in specie placuit, tanqvam familiarissimum Iudeæ, nobilissimumqve, principem etiam occupans locum inter Vll. illas res, a qvibus fertilitas ac præstantia illius religionis commendatur, qvi idem illi locus mansit in illa seminum classificatione, qvam ex MAJEMONIDE (****) discimus: Distinguunt qvippe Hebræi זרעונים *Semina* in תבואה *frumentum*, scil. *triticum*, hordeum cet. קטניות *Legumina*, v. g. fabas, lentes cet. & זרעני גינה *semina hortensia*.

Varia adhuc restant, e *Physica*, *Botanica*, & reliqvo scientiarum genere, ad ornandum & explicandum schema nostrum petenda. Sed sufficiat monuisse, embryonem involvere ex principiis multorum recentiorum rudimenta omnium plantarum (earundemqve partium,) qvæ provenire unqvam ex eadem possunt. Itaqve clara esset mens Apostoli, dicentis: **Das du säest** (das Korn, so wie man von aussen es siehet, nehmlich der Cotyledon, und wie der Apostel saget, der Leib) **ist ja nicht der Leib, der werden soll,** in den Waitzen-Körnern, die aus dem Gesäeten erwachsen, (als welcher erst aus dem inwendig verborgen Keinlein bey weiterm Wachsthum nach und nach, so wie die Blätter, und übrigen Theile, ausgewickelt werden muß, da inzwischen der Cotyledon des gesäeten Körnleins verdirbet. Latet itaqve in corpore tritici sepulti, saltem qvod ad tenuia sui rudimenta, novum jam corpus, sed non sine corruptione qvadam *illius* e terra tandem prodiens. Hæc & alia haud difficulter nunc, *maxima tamen cum cautione*, ad corpora mortuorum adplicari possunt. Sed finis tandem huic imponendus est meditationi.

Instituendi illam occasionem mihi dedit tristis, ast beatus, ex fugaci hacce vita discessus optimæ foeminæ, *Prænobilissimæ Dominæ* CATHARINÆ ELISABETHÆ **Michelsen**, dulcissimæ Conjugis Viri *S. Rever. Excel. Doctissimi*, Dni IOH. HENRICI BECKERI, *Collegæ* nostri ac *Fautoris* Honoratissimi, Certissimi, cujus memoriam hocce Programmata innovare, omnibusqve bonis, sed & malis in exemplum scilicet inculpatæ vitæ, suiqve adeo emendationem, de meliore commendare, mihi nunc incumbit.

Qvod itaqve natalem *Ejus* diem, annum, locumqve attinet, lucem adspexit in Alma hac Musarum sede, A.C. MDCCVI. d. Julii XIV. primogenita filia

Patris felicissimi, *Prænobilissimi* qvondam *Amplissimi* ac *Prudentissimi* *Domi-*

(****) In *Hilc. Cilaim.* C. 1. Verba ejus repetit R. IOM TOW LIPPMAN initio Comment. ad ejusdem nominis Titulum Mischnicum.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0015
DFG

Domini, Dn. ANDREÆ Michelsen, *Conſulis* tandem hujus Civitatis *Graviſſimi*, cujus tot & tanta in rem Patriæ publicam merita extiterunt, ut illius mortui memoria apud gratos urbis cives nunqvam ſit intermoritura.

Avus ipſi contigit Nobiliſſimus qvondam ac Preſtantiſſimus vir, Hans Michelsen, Civis loci hujus primarius, Zytopepta qvippe & induſtrius mercator.

Proavus fuit vir Integerrimus, IACOBUS Michelsen, navigationibus commerciisqve cum exteris, Civitatem hanc haud leviter ornans.

Atque hæcce ſunt, quæ de beate defunctæ majoribus, quod ad *lineam paternam*, ex Programmate publico, in laudem B. Domini *Conſulis*, *a* Viro *S. Rever. Excellentiſſ. Celeberrimoque Domino* D. FRANC. ALBERTO ÆPINO, Collega ac Fautore Honoratiſſimo, A. C. 1730. in lucem miſſo, mihi innotuerunt.

Ad *maternam* itaque nunc acceſſus nobis patet. Splendidiſſimam eam quoque atque Honoratiſſimam lætus invenio. Eſt etenim, fateor, quoque felicitas quædam, non infimis parentibus naſci; quanquam Lectores, ab illorum faſtoſorum hominum mente plane ſim alienus, qui propria virtute ut plurimum deſtituti, nil niſi fulgentem majorum ſeriem, & genus antiquum crepare norunt.

Matrem itaque venerata eſt Nobiliſſimam, Ornatiſſimamque Dominam ILSABEN CATHARINAM RASSOWEN, filiam itidem primogenitam.

Viri Nobiliſſimi, Domini HENRICI RASSOW, prædiorum equeſtrium, Stintenburg, Teutenwinckel, Stuthoff, Harms- & Biſchoffs-Hagen Adminiſtratoris.

Avus porro Beatæ contigit Dominus HEINRICUS RASSOVIUS, Conductor in Præfectura Dobberanenſi fideliſſimus; cujus, ut non ſine ratione ſtatuere videtur B. D. HERMANNUS CHRISTOPHORUS ENGELCKEN, *S. S. Theol. Prof.* olim *Celeberrimus*, in Programmate, qvod in obitum B. Domini JVLII FRIDERICI RASSOVII, *Hæreditarii in* Oberhoff, *Reverendiſſimæ Abbatiſſæ Gandersheimenſi*, MARIÆ ELISABETHÆ p. m. & *Sereniſſimo Marchioni Brandenburgo-Culmbacenſi*, ALBERTO WOLFGANGO, glor. record. 1. *a Conſiliis*, nec non *Summo Aulæ Cæſareæ Dicaſterio militari a Procuratione*, Anno Chriſti 1740. evulgavit, Parens noſtræ, que adeo.

Proavus extitit Dominus LEONHARDUS IOHANNES RASSOVIUS, natus die V. April. MDCV. conſtitutus denique (ſunt verba laudati D. ENGELCKENII) poſt multa alia, qvæ ſolertia inſigni ſuſtinuit, munia, A. MDCXXXII. a Sereniſſimo Duce, ADOLPHO FRIDERICO, Præfectus Neo-Bucovienſis.

Abavus fuit BALTHASAR RASSOVIUS, telonio Tesperhudenſi adminiſtrando præpoſitus, poſtqvam antea in duabus contra Turcarum acies expeditionibus bellicis, ſub Sereniſſimo Duce Saxo-Lauenburgenſi, FRANCISCO, ſtipendia faciens, fidelitatem ſuam documento non uno comprobaſſet.

Atavun denique nominatum invenimus Dnum LEONHARDUM RASSOVIUM, Sereniſſimi Ducis Brunsvico-Lunæburgenſis Præfectum ſta-

ſtabuli ſpectabiliſſimum, qvi domicilium ſuum *Hitſchoram* tandem contulit.

Tantis itaqve majoribus prognata beate nunc defuncta, & Parentibus inprimis gaudens tam titulorum, qvam, qvod maximum eſt, virtutum ſplendore circumfulgentibus, eorundem ſeſe exemplo atqve monitis ſaluberrimis ſapienter conformans, ſtemmatis ſui inſigne ſemper extitit decus.

Qvæ cum latere non poſſent virum virtutis amantiſſimum, *S. Rev. Excellentiſſimum, Doctiſſimumqve* Dn. IOH. HENRICUM BECKERUM, *S. S. Theol.* nunc, uti *Philoſophiæ ſolim Profeſſorem Celeberrimum*, Dn. *Collegam* noſtrum ac *Fautorem* Honoratiſſimum, honeſto illius deſiderio flagrare coepit. Ambiens itaqve eam, atqve feliciter exambiens tandem, Anno Salutis MDCCXXVI. die *Febr.* XXI. nuptias loetus celebravit.

Atqve hic expertus eſt mox, & magis ſemper magisqve, maximo ſuo commodo atqve gaudio, emphaſin dicti illius Salomonei, Prov. XVIII. 22. **Wer eine (gute) Ehe-Frau findet, der findet was Gutes!** En vobis, lectores, veram ac ſinceram, feliciſſimi mariti, nunc vero acerbe, proh! vidui lugentis, confeſſionem, ex intimo, puriſſimiqve animi adfectu profectam, mecumqve per literas amice communicatam:

Jacturam eius acerbe doleo. Nacta enim erat, ſi quæ mulier alia, animam longe nobiliſſimam. Deum ſine fuco vereri, proximum candide diligere, rem familias ſine ſtrepitu regere, nemini gravis, adflictis ſolamini, mearum, ut vitæ, ſic & ærumnarum fida ſocia eſſe, conſveverat; flens cum flente, gaudens cum gaudente, tota mea, & tenerrimo ſemper adfectu in meum adiutorium unice intenta, ut utriusque noſtrum non, niſi unum cor, unus animus eſſe videretur. Faſtum, bilem verſutiam, dolum, avaritiam, garrulitatem, animi levitatem vanitatemque, & quæ alia Deo exoſa, hominibus moleſta, ne per umbram quidem in illa unquam deprehendi. Pietatem, modeſtiam, taciturnitatem, humilitatem, lenitatem, tolerantiam, o quanta cymelia! in omnibus ejus moribus conſpexi, conſpexerunt mecum, qui illam noverant, alii. Et, quod diſſimulari non debet, lento, graviſſimisqve ſymptomatibus, & ineffabili pectoris anxietate ſtipato, morbo conſumta, illam animi patientiam, ſuique abnegationem, illam in Deum fiduciam, illam fidei conſtantiam, mentis item tranquillitatem, illam melioris vitæ lætam expectationem, ad ultimum usque vitæ, quam inter aſſiduas preces, & pie complicatis manibus, finivit, halitum exſeruit, adſtantibus comprobavit, quam mihi ipſi, ubi diſcedendum erit ex hac miſeria, totus optaverim. Unde ex duplo æſtumatiſſimæ Uxoris memoria apud me, quoad vixero, viridis ſemper, ſancta, & intemerata manebit.

Qvam legens, nemo niſi Stoicus, & adfectu etiam puriſſimo, plane vacuus, mœſtiſſimi Viri juſtiſſimum atque maximum mirabitur luctum; nemo, niſi regularum, amicitiæ & humanitatis quæ nobis lex præcipit, plane & inhumaniter oblitus, ſine doloris qvodam ſenſu manebit.

Nobis nominandi nunc ſunt ſurculi ex ſvaviſſimo hocce conjugio prognati, quarum tamen unicus tantum hodie ſupereſt, dulce Patris moſtiſſimi ſolatium, & unica modo ſpes, in quam ut ter optimum maximumque numen diutiſſime illum ſervet, ahimitus nos vovemus: Eſt is:

ANDREAS JVLIVS, natus d. XIII. Julii A. MDCCXXIX. optimæ indolis, maximæque, ut diximus, ſpei juvenis.

Reliquos ordine nunc recenſebimus. Primo itaque conjugii anno MDCCXXVI. d. 15. Dec. ex beata nunc Conjuge ſuscepit filiolam.

CHRISTINAM JULIANAM, vix autem unius anni ætatem cum expleverat, decedentem. Hujus quidem locum, ſed minus diu, ſupplevit filiolus.

ANDREAS HENRICUS, natus ſcilicet anno ſequenti MDCCXXVII. d. 29. ejusdem menſis, ſed denatus brevi poſt, cum non ultra unius ſeptimanæ ſpatiolum Parentibus mœſtiſſimis eo licuerit gaudere. Nec meliora fata expertus eſt, Deo ita diſponente, ſuccedens A. MDCCXXXIV. d. 10. Junii filiola cui in ſacro lavacro nomen datum:

CATHARINA DOROTHEA, qvæ itidem, qvam vegeta viſa fuerit, tamen poſt qvatuor menſes ex vita hacce migravit. Ultima, & natu tandem minima fuit.

IULIANA MAGDALENA. Lucem ea adſpexit A. MDCCXXXIX. d. 12. Ianuar., ſed inter coelites relata A. MDCCXLt. d. 18. Februarii.

Ultima nunc, qvæ *Virtuoſiſſima Matrona* in vita laudabiliſſime acta, experta eſt fata, memoranda mihi reſtare video. Atque hic corpus animæ integritate ſua minus reſpondiſſe, doleo. Ita enim habet fidei digniſſima relatio *Viri Experientiſſimi, Excellentiſſimi, Doctiſſimi*, Dn. DETHARDINGII *Philoſ. ac Medic. D. Fulgidiſſimi*, hujusqve *Profeſſoris Ducalis Celeberrimi*, Domini *Collegæ* ac *Fautoris Aeſtumutiſſimi*:

Prolixum nimis foret, ſi omnes morborum viciſſitudines, qvas beatæ nunc Defuncta per totum conjugii tempus experta eſt, quæque morti nunc inſecutæ anſam ſubminiſtrarunt, delineare in animum ſumere vellem. Fata ſiquidem, quæ gravidas, puerperas, & lactantes ſubinde premere ſolent, ſingula fere Eandem exercuere, qvæ inter crebriores abortus, lochiorum fluxus nunc nimius, nunc imminutus, nunc ſuffl aminatus, diarrhœa, purpura, nunc rubra, nunc alba aphthis ſociata potiſſimum numerari merentur. Eluctabatur quidem ex hiſce mortem ſæpius minitantibus periculis feliciter, & videbatur cum ſanitate ſemper in gratiam rediiſſe. Aſt, qvod ex morbis, præſertim gravioribus, ſæpiusque infeſtantibus, alia mala propullulare ſoleant, hoc ſuo damno irreparabili experiebatur Noſtra.

Ab

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0018
DFG

Ab eo namque tempore, quo negotium pariendi ſilebat, pedetentim aſſurgebant moleſtiæ, primo per cuniculos ſanitatem oppugnantes, demum vero aperté vitæ inſidias ſtruentes, quibus vita ſedentaria & animi moerores tantum non continui velificabantur admodum. Catameniorum enim fluxus ſenſim magis imminuebatur, hinc augebantur ægritudines, ſtatum hunc præternaturalem, ceu umbra corpus ſequentes, quorſum referendæ anxietates præcordiorum, palpitationes cordis, reſpiratio anhelosa, tuſſis ſicca, dolores lateris punctorii, inſultus hæmoptoici, &c. quæ ſymptomata febris comitabatur lenta, & licet auxiliatrice arte Medica opprimerentur, funditus tamen exſtirpari nunquam poterant. Sic ludebatur ſcena per aliquot annorum ſpatium, donec ab inſecuta plenaria menſium ſuppreſſione, omnia in deterius ruerent. Febris lenta tranſibat in hecticam, ſigna ſeſe manifeſtabant ſcirrhoſæ pulmonum conſtitutionis, tuſſis ingraveſcebat admodum; Ægra, quæ hucusque pro poſſe à lecto abſtinuerat, huic affigebatur, pedes intumeſcebant, facies in Hippocraticam commutabatur. Tandem accedentibus motibus ſpaſtico-convulſivis pectus imprimis ferientibus, anima à corpore plane emaciato & viribus orbato liberata, diu deſideratum perpeſſarum anxietatum terminum attingebat.

Sed ſpretis evanidi corporis doloribus, qvänta optimæ, & melioris vitæ ſpe erectæ, mentis conſtantiâ, communi, poſt peccatum, mortalium ſorti ſemet ſubjecerit Beata, optime vos docebit, qvi a Confeſſione illi fuit, *Vir plur. Reverendus*, atqve *Doctiſſimus*, Dominus M. IOH. HENRICUS LEHMANN, ad ædem D. Nicolai *Paſtor Religioſiſſimus*.

Plena fidei, inquit, pariter ac bonorum operum, ad cœleſtia adſpiravit noſtra *Beate defuncta*: quandoquidem *illa* non ſolum per totum vitæ curriculum meritum Servatoris apprehendit, ſed & præcipue in morbo diuturno & deſperato, conſummatiſſimo Ieſu Chriſti merito nixa, in fide perſtitit. Erat plena fide, quum ante aliquod hebdomades, magno deſiderio flagrans, manducatione corporis ſanguinisque Chriſti bibitione recrearetur. Accepta hacce ſpirituali medicina, quod reliquum fuit vitæ, ſpretis mundanis, ſub ſpe & patientia finivit, Deoque gratias egit pro beneficiis, larga manu in ſe collatis. Plena erat fide, quum in omnibus doloribus animique anxietate fluctuantem animum confirmaret, dicendo cum Paulo: quis me ſeparabit a dilectione Chriſti? adflictio? an anguſtia? Perſuaſa enim ſum, quod neque mors, neque vita;

neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia neque futura; neque altitudo neque profunditas, neque aliqua Creatura alia poterit me separare a dilectione Dei, qnæ est in Christo Iesu Domino nostro, Rom. 8, Quemadmodum autem fidem sine bonis operibus mortuam esse, *Beata* haud ignoraret, hinc fructuosis virtutibus ornata, bona opera cum fide conjuncta exercuit. Corpus enim *Beate defunctæ* stigmate salvatoris crucifixi erat signatum & secundum exemplum redemtoris æquo ac patienti animo quoque dura perferebat. Erat amabilis erga superstitem conjugem, Dominum viduum, collegam meum, intet paucos dilectissimum, comis & humana erga filium tristem, optimæ spei juvenum, quippe quibus mors lectissimæ uxoris & sanctissimæ matris magnum dolorem attulit. Ejus spiritus exultabat super Deo salvatore, pronuntiando cum Davide: quis mihi in cælis? & tecum non delector terra: consumta fuerit caro meca & cor meum: petra tamen cordis mei & portio mea Deus est in æternum Psalm 73. Animam cælestia anhelantem verbis prodebat, optando, ut ultimum vitæ spatium celerrime adpropinquaret, siquidem cupiditatem haberet, ut dissolveretur & cum Christo esset, Phil. 1. Atque sic præparata ad beatam ἀνάλυσιν integra mente placide exspiravit. Quiescant ejus ossa in Pace.

Repeto pium *Viri Venerabilis* votum. Et quod reliquum est, a Vobis, *Cives Academici* O. O. *Honoratissimi*, nunc contendo, imo officiose vos rogatos volo, ut vestram in virtutes propensionem, vestrum itaque erga virtuosissimam Matronam, erga mœstissimum nunc maritum, amorem, frequenti ac honoratissimo vestro confluxu & comitatu, detis demonstratum.

Conventus erit in Ædibus Marianis, hora I. pomeridiana.

P. P. SUB SIGILLO RECTORATUS,
Anno MDCCXLIV. die V. Maji.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796415197/phys_0020
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0021
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0022
DFG

LBMV Schwerin
000 184 241
33

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0023

DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1796415197/phys_0024

DFG

ectabiliſſimum, qvi domicilium ſuum *Hitſcheram* tandem con-

tis itaqve majoribus prognata beate nunc defuncta, & Paren-
rimis gaudens tam titulorum, qvam, qvod maximum eſt, vir-
lendore circumfulgentibus, eorundem ſeſe exemplo atqve mo-
berrimis ſapienter conformans, ſtemmatis ſui inſigne ſemper ex-
is.

æ cum latere non poſſent virum virtutis amantiſſimum, *S. Rev.*
iſſimum, *Doctiſſimumqve* Dn. IOH. HENRICUM BECKERUM,
l. nunc, uti *Philoſophiæ ſolim Profeſſorem Celeberrimum*, Dn. *Collegam*
ac *Fautorem* Honoratiſſimum, honeſto illius deſiderio flagrare coe-
nbiens itaqve eam, atqve feliciter exambiens tandem, Anno Sa-
DCCXXVI. die *Febr.* XXI. nuptias loetus celebravit.

qve hic expertus eſt mox, & magis ſemper magisqve, maximo ſuo
lo atqve gaudio, emphaſin dicti illius Salomonei, Prov. XVIII. 22.
e (gute) Ehe-Frau findet, der findet was Gutes! En vobis, le-
veram ac ſinceram, feliciſſimi mariti, nunc vero acerbe, proh!
gentis confeſſionem, ex intimo, puriſſimiqve animi adfectu pro-
per literas amice communicatam:

eius acerbe doleo. Nacta enim erat, ſi quæ
imam longe nobiliſſimam. Deum ſine fuco ve-
candide diligere, rem familias ſine ſtrepitu
gravis, adflictis ſolamini, mearum, ut vitæ, ſic
da ſocia eſſe, conſveverat; flens cum flente, gau-
te, tota mea, & tenerrimo ſemper adfectu in me-
unice intenta, ut utriusque noſtrum non, niſi u-
nimus eſſe videretur. Faſtum, bilem verſutiam,
am, garrulitatem, animi levitatem vanitatem-
Deo exoſa, hominibus moleſta, ne per umbram
unquam deprehendi. Pietatem, modeſtiam, ta-
humilitatem, lenitatem, tolerantiam, o quanta
nibus ejus moribus conſpexi, conſpexerunt me-
noverant, alii. Et, quod diſſimulari non debet,
nisqve ſymptomatibus, & ineffabili pectoris an-
, morbo conſumta, illam animi patientiam, ſui-
iem, illam in Deum fiduciam, illam fidei conſtan-
m tranquillitatem, illam melioris vitæ lætam ex-
ultimum usque vitæ, quam inter aſſiduas preces,
tis manibus, finivit, halitum exſeruit, adſtan-
vit, quam mihi ipſi, ubi diſcedendum erit ex hac
s optaverim. Unde ex duplo æſtumatiſſimæ U-
a apud me, quoad vixero, viridis ſemper, ſancta,
manebit.